

magis|tratús eosve, qui ibi iuri dicendo pr[ae]runt, togís pullís amictos, |  
 quibus eorum ius fasque erit eo die [ei]us vestis habendae, inferiae mit-  
 tantur, bósque et ovis átri infulis caerulís infulati diís Manibus ei[us] | 20  
 mactentur eaeque hostiae eo loco adoleantur superque eas | singulae  
 urnae lactis mellis olei fundantur, ac tum demum facta[m] | c[eteris p]ote-  
 statem<sup>3</sup>, sí qui prívatim velint Manibus eius inferias mitter[e | nive quis]  
 amplius uno cereo unave face coronave mittat, dum ii qui im[molaver]int 25  
 cincti Cabino<sup>4</sup> ritu struem lignorum succendant adque | [peri]nde habeant; |  
 [utique] locus ante eam aram, quo ea strues congerantur componantur,  
 pate[at | q]uoque versus pedes XL stipitibusque robustis saepiatur ligno-  
 rumque | acervos eius rei gratia quodannis ibi constituatur cippoque  
 grandi | secundum aram defixso hoc decretum cum superioribus decretis 30  
 ad ei[us] | honores pertinentibus incidatur insculpaturve; nam quod ad  
 cetera | solemnía, quae eodem illo die vitari caverive placuissent place-  
 rent|que, id sequendum quod de iis senatus p[opuli] R[omani] censuisset;  
 utique prim[o] | quoque tempore legati ex nostro ordine imp. Caesare(m)  
 Augustum | patrem patriae pontificem maximum tribuniciae potestatis XXV | 35  
 adeant petantque ab eo, uti colonís Inliensibus coloniae Opsequenti | [In]liae  
 Pisanae ex hoc decreto ea om[ni]a facere exsequique permittat.

*Pisis, tabulae marmoreae fragmenta duo rep. a. 1603/4: recognovit Bormann (XI 1420). Decretum decurionum coloniae Pisanae de honoribus habendis L. Caesari mortuo. — 1) Jul. 753/6 a. u. c. (2/5 p. C.). — 2) D. XIII k. Sept. (20 Aug.) L. Caesarem decessisse colligitur ex fastis Antiatribus (I p. 328 = X 6638 p. 664), ubi ad hunc diem adscriptum legitur infer. L. Caesaris, collato Suet. Aug. 65; non recte in fastis Gabinis (I p. 473 XII = XIV 2804) est decessit XIII k. Oct.; cf. Mo. II p. 400. — 3) Expectaveris fieri potestatem. — 4) Scr. Gabino.*

## 140

## II.

[. . . . Pisis in foro in Augusteo (?), scrib(endo) ad]fu[er](e) Q. Sertorius Q. f. Atilius Tacitus, P. Rasinius L. f. Bassus, L. Lappius | [L. f. G]allus, Q. Sertorius Q. f. Alpius Pica, C. Vettius L. f. Virgula, M. Herius | M. [f. P]riscus, A. Albius A. f. Gutta, Ti. Petronius Ti. f. Pollio, L. Fabius L. f. Bassus, | Sex. [A]ponius Sex. f. Creticus, C. Canius C. [f.] Saturninus, L. Otacilius Q. f. Panthera. |

Quod [v(erba) f(acta)] sunt, cum in colonia nostra propter conten- 5  
 tiones candidato[rum] m[agistratu]s non essent et ea acta essent quae infra  
 scripta sunt: |

Cum a(nte) [d(iem II)]II nonas Apriles allatus esset nuntius C. Caesarem, Augusti patris patriae [po]ntif(icis) max[im]i custodis imperi Romani totiusque orbis terrarum prae[si]dis filium, divi nepotem, post consulatum, 10  
 quem ultra finis extremas populi [Ro]mani bellum gerens feliciter peregerat, bene gesta re publica, devictis aut | in [fid]em receptis bellicosissimis ac maxsimis gentibus, ipsum vulneribus pro re | pu[bl]ica exceptis